

no, languidus ex Italia in Germaniam reversus, morbo pediculari obiit Arnulphus, Formosi decreta a Stephano VI. aliisque Pontificibus sunt abolita, & LVDÖVICO IV. Arnulphi filio & successori a Pontifice in Italia oppositus est LVDOVICVS Bononis filius: quem secuti sunt RODVLPHVS, Rex Burgundiæ, HVGO, LOTHARIUS, BERENGARIUS II. cum ADELBERTO filio.

§. LVI. Quam vero confusus hac tempestate fuerit Italiæ status, liquido ostendit celebris scriptor Carolus Singtonius initio libri VI. *Historiarum de Regno Italiæ*, cuius verba non pigrabimur afferre: *Francos Reges Itali excepere. Hi summam sibi rerum hant malo consilio adsciscere nixi intestinis populorum discordiis Italiam perturbarunt, ac scipso prorsus una cum Ecclesia perdididerunt, ea tempora in Rempubli- cam inferentes, quibus nulla alia deteri- ora ac fœdiora fuisse, vel Principum ne- quitia, vel populorum insanias in tota an- tiquitate reperiuntur.*

§. LVII.